



14r
sapiencia si integrum permanserit annum. suauitatem suam lon
gelateq. defundit. Remansit caro. & post paululum p. putrescit.
Remansit sapiencia. & suauior reddit. Comedit quis carnem fen
tat corruptelam. Comedit sapienciam. eructuat uerbum bonu.
& proximum suum repl. & dulcedine. Ideo propheta quatales
escas edebat. fiducialiter dicebat. eructuaui cor meum uerbum
bonum. Commouentur iterum unde. sed mens constantior
fit. Agitantur corpora. sed auris dura & intrepida. & cum om
ni intentione audiamus. quod dicuntur. Uidistis ^heternadie
harissimi prophetam loquentem. & dauid regem cadentem.
surgentem. uincens. coronatum & publicatum. Uidistis
peccatum insurgens. & per penitentiam corruens. & tam
quam fera quaedam peccatum insiliens & allidens. Sed ingressa
penitentia releuans & scilicet. medicamentum uulneri spes
salutis. Uidistis prophetam arguentem. uides & regem phi
losophice portantem. Uidistis secantem medicum saniem
uulneri defluentem. uidistis penitentem & mortuum uiuifi
cantem. Audistis dicentem regem peccauit dno. & prophe
tam respondens. dñs transiulit peccatum tuum. Uelox
confessio. uelocior medicina. factu peccauit. uerbo penituit.
Adiuit dñs. & correptio facta est. Uulnus apparuit. & san
tas redit. sed non fuit his propheta contentus. Nam post cor
reptionem. post penitentiam. post emendationem. post pec
catorum ablationem. psalmum ob causam conscripsit. ita. ut
etiam posterę generationi. fiat illius passio medicina. & illius